

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 12.

Elysiun-Neum, Die Martis. 27. Feb. 1810. (Neov. 9. Feb. 1810.)

Politicae Meditationes nostrae aetatis.

Petropoli die 17. Jan.

Calendæ Jani initium faciendo Consilio Imperii in nova sua organisatione notatæ sunt. Matutina media 9na, vigore prævio expeditarum Circularium congregatæ sunt, componendo Illustri huic Collegio destinatæ personæ in Odels Sessionibus ejus destinatis hyberni palatii. Hora 9na mane dignabatur Sua Cæsarea Majestas ad Conventum comparere, in quo locum suum occupavit, tum membra Collegii quoque sedes suas pro ratione senti occupare iussit. Sua Cæsarea Maj. dignabatur Collegii Imperii Conventum oratione auspiciari, qua absoluta Eadem Secretario præcepit: 1) Manifestum in argumento Constitutionis Collegii. 2) Ejus Organisationem, 3) Elenchnm Membrorum Collegii. 4) Nomina Præsidis, Secretarii Imperii, Status Secretarii & iis adjunctorum prælegere; quo facto dignabatur, Eadem Cæs. Maj. Præsidi Consilii Imperii 1) *Projectum* Codicis legum Civilium. 2) *Planum* rei ærarie tradere, ut concernentibus Consilii Dicasteriis tribuantur. His peractis dignabatur Eadem ex Conventu discedere; Discedente Imperatore

membra Collegii Jurijurando ordinato & Diario subscripsere primæ Sessionis.

Cum adjunctis suis considerata organisatio Imperii Consilium sequens est.

Elenchus membrorum Imperialis Consilii secundum antiquitatem.

Primæ Classis.

Comes Saltokow, C. Gudowitsch, Cancellarius C. Romanzow, Princeps Alexander Kurakis.

Secundæ Classis.

Comes Straganow. C. Sewanowski, Filosow. Princeps Alexius Kurakin, Princeps Sergei Golizin, Admiralis de Defis, Admiralis Mordwinow, Princeps Lopuchin, Comamanzow, C. Ketschubey, Sablukow, Admiralis Marokio de Traverse, Admiralis Markarow, Gurjew, C. Araktschejew, Popow, C. Alexius Rasumovsky, Koschelew, Alexejew, Barclay de Telly.

Tertiæ Classis.

Neplujew, Turdmia, C. Alexander Saltykow, Princeps Tscharcoryshskji, Dinitryew, Kosodawlew, Weidemeyer, Karosjew, C. Potokji, Princeps Alexander Golizin, Boloshow.

Distributio membrorum secundum Departementa, prout & denominationes eorum Præsidium mox sequentur.

Originale subscriptum.

Alexander.

Consilio Imperii.

Præsidentem Imperialis Consilii nobis absentibus denominamus Cancellarium Imperii Comitum Rumanzew.

Petropoli die 1. Jan. 1810.

Alexander.

Consilio Imperii.

Secretarium Imperii, & Directorem Commissionis legum denominamus Ministrum Justitiæ Collegii Secretum Consiliarium Speranskji, Secretarium Status; in Departamento negotiorum Civilium Secretum Consiliarium Olenin; Oeconomus Status Secretum Consiliarium Engel; in Collegio legum ætuali Status Consiliarium Magnizkji, adjunctus Secretariorum Status, in Collegio negotiorum civilium Consiliarium Status Slobodskji; in Collegio Oeconomix Status Consiliarium Backskewitsch.

Petropoli die 1. Jan. 1810.

Alexander.

Imperii Consilio.

In Collegio bellicorum negotiorum Imperii Consilii denominamus Adjunctum Status Secretarii Consiliarium Bisheitsch.

Petropoli 1. Jan. 1810.

Alexander.

Qui ad hoc tempus Imperii Thesaurarii munere fungebatur, D. a Golytzow ad petitionem suam vacationem a munere impetavit. Diversæ aliæ dimissiones & accommodationes, de quibus rumor fert, adhuc fide earent.

Prima Sessio novi Consilii Status die 27.
Jan. locum habebit.

G a l l i a.

Parisiis die 5. Febr. Monitor hodiernus confirmat denominationem DD. Deformen, & Bouillerie, illius ad dignitatem Gen. Intendentis, hujus ad munus Gen. Thesaurarii extraordinariorum domaniorum. Tam ad sequi tertiam circiter phillram adfert nuper annunciata acta publica. In Epilogo adducit litteras Mareschalli Ducis Dalmatiae ad Principem Neocomensem de 22. Jan. Baylena, quibus memorabile nuncium continetur: Gallicum exercitum montium jugum Sierra Moana transivisse, & ad oras *Battis* adpulisse, quod effiose annunciat. Praevie notum consecrarium operationis hujus in qua 1 & 5 exercitus agmen, copiarum ducibus Sebastiani & Desolles, legio hispanica, praetoriana Cohors & hispanica Cohors praecipuam partem habebat, secundum id nuncium constat 6000 captivis, quorum duo Generales duces, multique officiales, 8 occupata vexilla, 25 tormenta, amplius Commeatus, promptuaria, Castra &c. porro quaecunque acie ad Oceanam evasere, penitus dispersa haberi possunt. Caeterum nuncia inferiorum belliducum nondum omnia percepta sunt. In epilogo litterarum ait Mareschallus: Summam perturbationem dominari in Andalusia. Juntam Hispali profugisse, fuisseque in Insula Leone, quo pro Calendis Februarii universalis Conventus Statuum convocatus erat, ipso

illo quo adpulimus temporis articulo, Incolæ legiones complendi gratia sortem ludere jussi sunt. Dubio vacet, eminentissimis enolumentis, quæ copiæ Suae Maj. Imperatoris retulere, quibusvis his agendi rationibus finem impositum, imo inter ipsam tumultuantium factionem universalem defectionem procuratum iri, jamque ex diversis locis Incolæ occurrunt copiis, multique sunt, qui filios ex hostili exercitu revocarunt. Sua Majest. hoo vespere Anduxaram (pone Baetim) se contulit, ex qua urbe honorem habebat Cels. D. V. de ulterioribus certiore red-dendi &c.

Nudius tertius vespere Imperatrix Josephina palatium Elysium Napoleoneum habitandum suscepit. — Regina Neapoleos alam æstivæ habitationis Floræ in Tuilleriis nunc incolit.

Roma de 22. Jan. nunciatur: Imperatorem ejati pictori Cels. V. Commucini demandasse, ut imaginem seqv. rationis depingat: cum die 23. Aprilis 1809 Galliæ copiæ Hatisbonam adgredarentur, accidit, ut Imperator paullo ante adveniens perspeoulandi loci situs gratia, glande plumbea in calos laederetur; Sua Maj. in loco pugnae vulnus obligandum curabat, cumque accepti vulneris fama exercitum anxium reddidisset, Imperator obligationem vulneris nequidquam opperiens, equum conscendit ordines perequitans militibus se exhibiturus; ipse hic temporis articulus est, quo Imperator equum adducit

jubet quem pictor adumbrandum habet. — Chyrurgus in prociuctu adstat, ligamina adplicandi causa, Imperator humi jacet adstant Princeps NeoComensis. Magnus Mareschallus palatii; Duces Daniscoanus, belli Montis, & Roviga, Adjutores, & Agazones omnes pedites, qui hoc eventu admodum laboriosi & sollicitudine tenti videntur. In recessu imago flammis intermediam urbem Ratisbonam, Gallicasque copias urbem assultu adgradientes repræsentandas habet."

Diarium novissimorum polsticorum Eventorum.

Ex Adnotationibus Monitoris ad Oratorem Mandatariorum Regis M. Britanniae ad Conventum Ordinum duæ postremæ memorabiles: In altera earum indicat, quam Gallia intuitu Anglicani Commerci rationem initiura sit. — sequentibus:

„Vos Angli fatemini: a Gallia adversus amplos opum vestrarum fontes rationes inultas effectum, est solummodo prætereuntem produxisse. Adjuncta Hispaniæ vobis magnam partem portuum hujus regni aperuisse; paullopost fiat, ut omnes vobis oclusi sint. — Tergestum commercio vestro prolixum campum præbuit, at hic portus in perpetuum vobis clausus est. Hollandia præprimis effectui agendi mediorum, quæ vires ex concordia consequi debent, nocuit, ea communem causam prædidit, Commercium vestrum sub vexillo Americano, quod ipsi Americani Status non agnovere, aut sub alio quocun-

que colore experta est, at id non amplius experietur; vestra Cabineti de 1807 Jussa necessariam faciunt occupationem oræ portuumque Hollandiæ per teloniorum officiales & milites, quibus fidere licet, quod brevi post locum habebit. Cumque unum consecrarium primæ secundæque coalitionis fuerit oras Galliæ usque Scaldim extendere, consecrarium Jussorum Cabineti vestri de 1807 erit, oras Galliæ usque Albim exporrigere; inconveniencias, quas prætereunte ratione experiebamini, deinceps efficaci, atque constanti ratione experiemini.

Dicendum est: occupationes negotiaque Continentalis belli, multos elateres obtusos reddidit, — Pax Continentis Unione & concordia duorum magnorum Imperiorum secunda effecta, accessus Borussia, Daniæ, Sveciæ & Austriæ ad idem Systema paullopost quibusvis agendi mediis novas vires largietur, vobisque quodvis medium & occasionem adimet cum Europa agendi.

Contendere vobis lubet: a vobis novas præstationes imponi: ad subsidia foederatis vestris solvenda; verum hac declaratione non falli non sinimus, dum nova onera imponitis, id fit ea solum ex ratione ut defectum rationumstrarum tegatis; vestra æraria res abyssus est, cujus fundum mente cultus vir solus perspicit.

Nitimini quidem vobis, cæterisque palpum obtrudere, at veritas in apricum prodibit, cum ærarii lapsus (Banquerut) universa-

lis fuerit, & superficies chartæ, quæ va-
raginem hanc obtegit, inimum absorpta fuerit."

Politicae Episodæ.

Ephemerides Hamburgenses memorant:
occasione Consilii Status in Russia DD. a
Golubzoff, qui ad hoc Imperii Thesaurarii
munere fungebatur, Principem Karakin Mini-
strum negotiorum interiorum, Senatorem
item & Præsidentem Academiæ scientiarum Ne-
wosilzom dimissionem a munere obtinuisse.

Cassela intelligitur ajunt Mæthemienſes
paginæ: Ducatum Oldenburgicam Regno
Westphaliæ conjunctum iri, Ducatus hic,
qui in historia Statuum Europæ magnopere
memorabilis est (est enim pervetustæ 3 ho-
die Europæ thronos occupantis Oldenbugiæ
Dõmus patrimonium) Ducatus inquam hic
complectitur 54 □ milliaris & 90000 Inco-
las. — Alii vero nunciis ferunt Daniæ tran-
scribendum, Principemque Oldenburgicum
Byruthino Duc. compensationem obtenturum
esse.

Nova Statistica Europæ.

Europa complectitur 172,390 □ mill. ex
quibus Gallia in hodierna sua Constitutione in
56,868 dominatur — Europa, censet
182,599,000 Incolas, quorum 97,030,000
Galliarum moderationi parent. — Europa nu-
merat 2,549,686 milites terrestres, ex quibus
Gal. 854,360 tenet. Europa habet 1173730000
Flor. publicos redditus, ex quibus Gallia ho-
die ad minimum 650,000,000 percipit.